

Angelus re-  
presantabat  
Christum.  
Ezech. 1.  
Ibid. 3.

Rich Vict.

356.  
Andreas.

Ezech 2.  
Ibid 3  
Mat. h. 16.

R. Abrah  
solus Christus  
stantia subli-  
mitate humi-  
litate suam  
cognoscebat.

Christus ex se  
de hominum  
salute recor-  
datur.

377.  
Joachim.

Christi exina-  
nitio absorpta  
videtur a  
gloria maje-  
statis.

quod confirmatur ex illo Ezechiel. 1. n. 5. Et in medio similitudo quatuor Animalium. Et statim: similitudo hominis in eis. Et cap. 2. n. 1. Hec visio similitudinis glor. a Domini, &c. In quibus locis Divinus Vates non dixit, se vidisse animalia, gloriam Dei. ignem, manus, sed eorum similitudinem. Sic Joannes in suo raptu, ac extasi, non vidit personam Christi, sed ejus similitudinem, quam Angelus, qui secum loquebatur immediate referebat. Richard. de S. Victore: Qui, ait, eo, amplius habuit auctoritatis, quod apparuit in similitudine Salvatoris.

Quartò. Andreas Caesariensis. Vocat, ait, Iesum non absolute hominem, sed homini similem; quia non tantum homo, sed simul quoque Deus erat: Cum Christus esset verus Deus, & homo; idè non absolute hominem, sed solum similem filio hominis, dicit Joannes. Ex quo maxime pondera, quòd solus Christus in novo testamento, & solus Ezechiel in veteri; hoc nomine filii hominis dicuntur: hac tamen differentia, quòd Ezechiel non à se: sed ab Angelis sic nominatus est: cap. 2. num. 1. & 3. n. 1. & sæpè. Christus autem nusquam ab aliis, sed à se sic dictus est, ut patet ex superioribus locis supra citatis: & Matth. 29. num. 64. Anodo videbitis filium hominis venientem in nubibus caeli: Et ratio est, quia Ezechiel, ut notat R. Abraham in ejus commentariis, frequenter cum Angelis loquebatur, à quibus magna Sacramenta accipiebat qui ut eum à se, qui homines non erant, distinguere filium hominis dicebant, simulque hoc nomine eum admonebant, ut suam humanam fragilitatem recognosceret ne sublimitate tantarum visionum, quæ ei communicabantur, aliqua opinione supra se raperetur. At Christus cum esset verus Filius Dei, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo; cum in tanta sublimitate esset, maxime cognoscebat veritatem, ac humilitatem humanæ naturæ à se assumptæ: & ideo mirificè hanc de se publicabat. Deinde Ezechiel ab Angelis dicebatur filius hominis, ut sublimitate tantarum visionum, de hominibus ne oblivisceretur, sed de illis ageret. At Christus non ab aliis, sed à se dictus est filius hominis: quia tali admonitione non indigebat: sed ex sua infinita bonitate recordabatur, ut negotium salutis hominum perageret.

Quintò. Abbas Joachim. Tanta, ait, postus in regno Divinitatis sua præminet claritate, tantà majestatis gloria super Angelos fulget, qui quondam propter homines ab Angelis extiterat minoratus; ut sicut in eo aliquando Divinitatis suæ gloriam occultavit humanitas; ita nunc humanitatis ejus abjectio exinanita à majestatis suæ gloria, & à splendore summa lucis, velut absorpta esse videtur: ut enim aliquando semetipsum exinanivit, formam servi accipiens: Ad Philipp. 2. Ita nunc forma ipsa servilis à majestate gloriæ exinanita est, ut nihil in eo suspicionis remaneat, quo verus Dei filius minus esse credatur. Christus Domin. verus homo, verusque filius hominis, scilicet, Mariæ Virginis, cum ex ea, utpotè vera Matre sua, naturam humanam assumpserit: tamen Joannes non dicit se vidisse filium hominis, sed similem filio hominis; quia ut oim. cum mortalis apud nos degeret, Divinitas à nostra mortalitate occultabatur: Corinna, id est clavi, in manibus ejus, ibi abscondita

est fortitudo ejus. Habac. 3. n. 4. Sic nunc in oculis tanta est Christi Domini majestas, ut illa exinanitio, qua se usque ad formam servi demiserat, absorpta videatur, & obumbrata à gloria tantæ majestatis.

Sextò. Galfridus Abbas: Adverte quoque, ait, quod dicitur, non solum quòd fuerit in medio Candelabrorum, sed quòd etiam similis filio hominis; quòd utrumque verum, utrumque eximia dignationis, sed illud forsitan amplioris, valde enim humiliavit seipsum, naturam induens, quam ipse creavit, amplius tamen per omnem modum formam quoque suscipiens, imò deformitatem, quam ipse homo sibi reatu prævaricationis ingressus: humiliatus est enim in forma servi, humiliatus in veritate naturæ, magis tamen in communiione peccati, & in simulatione culpæ. Summæ, & infinitæ bonitatis est, quòd Christus apparuerit in medio Candelabrorum, ut omnibus subveniret. Cur etiam dicitur similis filio hominis, cum omnis homo mendax? Sanè in hoc enituit incomprehensibilis Dei dignatio, & magna humiliatio, quòd nobis vo verit fieri similis in veritate naturæ, in communiione peccati, maxima vero, & ineffabilis, quòd etiam simili voluerit esse in culpæ simulatione: Deus filium suum mitens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum. Rom. 8. num. 3. Qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit. 5. Corinth. 5. num. 21. id est, ab aliquibus peccator reputatur, ut exponunt Patres Græci.

Septimo, & magis explicans superiorem sententiam Ansbertus, Certe propterea à simili filio hominis vocatur, quia non cum peccato, sed in similitudine carnis peccati notus, inter homines apparuit. Non dicitur Christus simpliciter à Joanne filius hominis, sed similis filio hominis: quia non assumpsit carnem peccati hominum, sed similitudinem carnis peccati.

Octavo Idem Ansbertus: Idcirco, ait, hoc loco non jam filius hominis, sed similis filio hominis appellatur, quia devicta morte, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Eandem rationem assignant Beda, Primasius, Hugo, & alii; quia nimirum Christus resurrexit immortalis, jam non simpliciter hominem qui naturam dicitur passibilem, sed similem homini, dicendum esse Quo sensu dixit Paulus. 2. Corinth. 5. n. 16. Et si cognovimus Christum secundum carnem, id est mortalem, jam non novimus, ut passibilem nempe. Eodem modo D. Augustin. lib. 1. contra Faustum c. 7. intelligit illud ad Hebr. 5. num. 7. Qui in diebus carnis suæ, id est, cum vitam mortalem ageret.

Nonò. Ait Joannes: Vidi similem filio hominis, vestitum podere. Vestimentum poderis, ut latius dicam in sequenti, tunica talaris erat, qua indutus apparebat, tanquam verus Pontifex secundum ordinem Melchisedech; Non ergo mirum, quòd Joannes dicat, non se vidisse hominem, seu filium hominis, sed solum similem filio hominis, Non vidit hominem, quia sacerdotis dignitas, virtutem, puritatem, ac sanctitatem super humanam conditionem, ac veluti quasi divinam, exposcit. Theophan. Nicæn. Epist. 3. Presbyterum, ait, debere esse Divinum, atque celestem, qui aliorum hominum conditio atereatur.

Habac. 3.

358.  
Galfr.

Christus apparuit in similitudine naturæ communiione peccati, similitudine culpæ.]

Rom. 8.

2. Co. in 21

359.  
Ansbert.

360.  
Ansbert.  
Beda.  
Primas.  
Hugo.  
Christus similis filio hominis; quia non mortalis sed jam immortalis.  
2. Cor. 5.  
D. August.

361.  
Sacerdotalis dignitas virtutem, supra humanam exposcit.

Theoph.

Regius

362.  
Psal. 109.

Sacerdotalis dignitas propria solius filii Dei.  
D. August.

363.

Exod. 22.

Sacerdotes dicitur.

Innocent.

D Greg.  
Exod. 22.

Regius Vates æternum Filium consubstantialem Patri canit Psal. m. 109. num. 1. dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Illud scilicet à dextris meis, denotat, Filium esse coæqualem Patri, à quo ab æterno ex sua substantia ante Luciferum est genitus. Statim Vates vertit sermonem; & eum prædicat Sacerdotem, Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Ibid. n. 5. Si David totus est in annuntiando Dei filium coæternum, ac coæqualem Patri, ad quid sermonem de Sacerdotio ejus intromittit? Quid habet æterna generatio cum Sacerdotio? Nam David totus occupabatur; ut prædicaret Christi generationem consubstantialem cum Patre, ad quid tunc celebrat ejus Sacerdotium, cum Christus ut homo Sacerdotio sit sanctus, non ut Deus, ut aperte docet D. August. ibidem: Nam secundum id, ait, quod natus est de patre Deus apud Deum, coeternus, gignenti, non Sacerdos; sed Sacerdos propter carnem assumptam: propter victimam, quam pro nobis offeri, à nobis accepit. Vates ergo, cum de Christo ut Deo agit, de coque affirmat in sinu Patris ex utero, id est ex substantia ejus ab æterno genitum esse, ad quid tunc eum Sacerdotem introducit? Tam præexcellens est Sacerdotalis dignitas, ut solum æterno Dei filio conveniat, eam habere, suisque dare, communicare; & ideo cum de suprema Divinitatis majestate est sermo, ibi Sacerdotalis dignitas interponitur utpotè super omnem conditionem humanam, & soli æterno Dei filio, tanquam capiti, competens. Citatus August. Iste ergo Dominus, ait, qui est à dextris, de quo jurasti, & cui jurasti, dicens: Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech; ipse utique Christus Dominus à dextris tuis.

Dans Moyses præcepta Populo, ait ei: Diis non detraheas, & Principi populi cui non maledices: Exod. 22. num. 22. Num tam insipiens est populus, in Dei cognitione instructus; ut detrahat: & adversus illum loquatur? Cur ergo Moyses prohibet à populo dei detractionem? Innocentius Papa sic ait: Sacerdotes intelligit, qui per excellentiam ordinis, & officii dignitatem, Deorum nom. ne nuncupantur: Sic etiam dicuntur, ob puritatem, & sanctitatem. Et hoc sensu D. Gregor. Magnus, lib. 4. Epistol. 31. interpretatur illud Exod. 22. num. 8. ubi de lege furti: Applicabitur ad Deos: hoc est, Sacerdotes. Vide supra quæst. 14 numero 179. & 180.

QUESTIO XLVIII.

Quare Christus apparuit vestitus podere; & agitur de hujus vestimenti genere?

Poderis vestis erat talaris, ac Sacerdotalis; sic à pedibus dicta, quia usque ad pedes descendeat: vel ut contendit Erasmus ex adice Græca, sic dicta, quia à pedibus remittitur, ac ventilatur. Summus Pontifex duplicem ha-

cam unam lineam quæ communis erat omnibus Sacerdotibus, & tam arcta erat, & strictis manibus, ut nulla in veste esset ruga: altera erat hyacinthina, ut patet ex Exod. 23. Hac propria erat Pontificis, ab eaque dependebant mala punica, & tintinnabula: de illa dicitur Sapient. 18. num. 24. In veste poderis totus erat Orbis terrarum. Ut denotaretur, Pontificem tali podere indutum, mediatorem esse caeli, & terræ, dei, & hominum, ac pro toto mundo rogare debere. Utraque vestis dicebatur poderis. Bissinam, seu lineam poderem vocant Joseph. 1. 3. Antiquit. c. 8. D Hieron Ep. 128. & Ezech. 9. n. 2. ubi nos habemus: Vir vestitus lineis. Septuaginta vertunt: Vestium poderis. Hyacinthina poderis dicebatur, ut patet ex citato loco Sapientie. Et Ecclesiast. 45. num. 10. manifestè loquens de veste hyacinthina Pontificis, ubi nos legimus: Circum pedes; Græcè habetur: Poderis. Et Exod. 8. num. 11. Tunica hyacinthina, juxta Septuaginta: Talaris vocatur.

Cum ergo utraque tunica, poderis dicitur, quam indutus Christus apparuit? Aliqui utramque intelligunt: At D. Anton. Alcazar. Ribeira, Pererius, de linea interpretantur: quia Christus apparuit inter Candelabra, quasi de illis eam gerens, quod non erat officium Summi Pontificis, sed aliorum Sacerdotum, qui lineam tunicam tantum vestiebantur, & per hanc lineam Tunicam, quæ poderis dicitur, ut vidimus juxta Septuaginta, optime primò denotabatur Christi Sacerdotium, secundò sacratissima, ac mundissima ejus caro. Isai. 63. n. 1. ad illam interrogationem: Quis est iste, qui venit de Edom in vestibus de Bosra? Divina voce respondetur: Iste formosus in stola sua. Tertio, eximia: ac singularis innocentia ac puritas. Quartò ejus summa patientia; linum enim varie carminatur, tunditur, maceratur. D. Anton. 1. p. histor. tit. 6. c. 1. §. 2. Ite, ait, similis filio hominis, dicitur vestitus podere, id est, veste lineam, usque ad pedes, qua significat constantiam in diversis usque ad finem vite; nam linum per malleationem, & multas percussiones pervenit ad pannum album.

Tertia verò sententia existimat: poderem esse vestem hyacinthinam, ac Pontificiam, qua Christus hic indutus apparuit. Ita Cardinalis Hugo, Cornel Tirin. & hæc mihi verior videtur. Et primò, quia juxta nostram Vulgatam Poderis vestem pontificiam simpliciter significat, ut patet ex citato loco Sapientie. Secundò, hic inducitur Christus, ut Summus Pontifex; cingebatur enim zona aurea. Hæc enim erat propria Pontificum, non verò Sacerdotum tantum. Sacerdos minor zona bissina solummodo cingebatur, & vero Pontifex, præter byssinam, habebat zonam polymitam, seu auream, qua vestem hyacinthinam, simul cum Ephod. ac rationali cingebat, ut latius dicam q. 51. huic responderet zona aurea, quam Joannes assignat Christo. Tertio, quia non tanquam Sacerdos minor, sed ut Summus Pontifex inducitur, qui septem Angelos, id est, Episcopos Ecclesiarum Asiæ, docet & corrigit, & sub his omnes Ecclesias monet, & corripit.

Tamen simpliciter dicendum existimo, quòd poderis hic proprie non significat aliquam vestem pontificis antiqui: non enim illius personam

Duplex vestis Sacerdotalis

Sap. 18.

Joseph. 1. 3. Antiquit. c. 8. D Hieron Ep. 128. & Ezech. 9. n. 2. ubi nos habemus: Vir vestitus lineis. Septuaginta vertunt: Vestium poderis. Hyacinthina poderis dicebatur, ut patet ex citato loco Sapientie. Et Ecclesiast. 45. num. 10. manifestè loquens de veste hyacinthina Pontificis, ubi nos legimus: Circum pedes; Græcè habetur: Poderis. Et Exod. 8. num. 11. Tunica hyacinthina, juxta Septuaginta: Talaris vocatur.

366.

D. Anton. Alcazar. Ribeira. Perer.

Isai. 63.

D. Anton.

367.

Verior sententia.

Hugo. Corn. Tiria.

Exod. 28.

368.

Christus ap-  
paruit vesti-  
tus, ut sacer-  
dos secundum  
ordinem Mel-  
chisedech.

Aretas  
Caesariensis

169.  
D. Irenaeus

Cuniga.

Ezech. 9.

In extremo  
iudicio nulla  
apparebit mi-  
sericordia.

D. Hieron.

Memoria ju-  
dicii valde  
efficax.

370.  
Beda.

Richard.  
Hugo.

Sap. 18.

Christus om-  
nes habet in  
corde, quos  
& saluat.

371.  
Legion.

Amor Chris-  
ti usque ad  
ad talos, fuit opus  
charitatis usque ad passionem  
fuit, in quo  
maxime in-  
fuit.

Joan. 13.

sonam hic exprimebat Christus: praecipue cum ipse Pontificatus antiquus jam esset extinctus, & abolitus. Deinde Christus hic nec habebat superhumerae, nec rationale in pectore, nec thiam in capite: dicitur ergo vestitus podere, per quandam similitudinem ad antiquam vestem, quae erat usque ad talos demissa: ac proinde, quae Christus hic apparuit. Sacerdotalis vestis, non secundum ordinem Aaron, ut ait Aretas, sed secundum ordinem Melchisedech in caelestibus, ut exprimitur ipse Aretas, & Andreas Caesariensis, & latius explicatur.

Primò. D. Iren. lib. 5. cap. 37. ait: *Joannes Domini discipulus gloriosum regni ejus adventum vidit. Describitur Christi habitus, tanquam iudicis, orbem terrae in fine mundi iudicaturi, ut latè explicat Cuniga; c. 4. Zachariae; apparuit Christus veste linea, juxta multos, qui habitus est iudicis. Ezech. 9. n. 2. apparuit vestitus lineis, seu ut Septuaginta transtulerunt, vestitus podere, habens ad renes atramentarium Scriptoris: quia omnia, quae agimus, diligenter notat, accuratèque describit, ut iudicet: ut interpretatur D. Hieron. Et cum formam iudicis assumpsit, mammillas lac pietatis effundentes habet praecinctas: tunc enim severissimus suae misericordiae ubera restringit, ne fluant: & dum Christus Episcopos Asiae arguit, & reprehendit, habitum iudicis in extremo die assumpsit. Nil vehementius ad emendationem vitae, ac ut homo respiciat, quam memoria, ac repraesentatio extremi iudicii.*

Secundò. Beda: *Poderis tunica, talaris dicitur, & est vestis Sacerdotalis; Christi Sacerdotium ostendit, quo se pro nobis in altare Crucis obtulit hostiam Patri. Ita Richardus de sancto Victore, Cardin. Hugo. Vestis poderis erat Summi Sacerdotis, & Christus in ara Crucis se obtulit in hostiam Patri pro nobis. At in ipsa veste Christus multum Aaroni praefertur: nam ille in veste terrarum orbem habebat descriptum. Sap. 18. Christus non in veste, sed in corde totum orbem habebat, pro quo passus est. Vestisque ipsa talaris erat, id est, usque ad talos se extendens, quia virtus passionis Christi ad infimos quoque infideles pertingit. Vir ille, qui in throno aethereo sedebat, Ezech. 1. n. 4. Christum significabat, cuius similitudo electi eras, quod scilicet vim habet paleas attrahendi, quia Christus non solum principes, sed etiam infimos de plebe, velut electum paleas, virtute suae passionis ad se attrahit, & elevat in caelum.*

Tertiò. Luitius Legionensis lib. de nominibus Christi; totam hanc visionem ad Christi ardentem charitatem refert. Quod patet ex multis circumstantiis ut ex aurichalco in camino ardenti, & maxime ex ipsa veste talari in Christo, usque scilicet ad finem vitae pertinente. Ansbertus Abbas: *Vestis ei, ait, usque ad talos, fuit opus charitatis usque ad passionem fuit, in quo maxime infuit, cum dilexisset suos, qui in mundo erant, in finem dilexit eos. Joan. 13. n. 2. Et vestis hyacinthina Pontificis, ut hic notat Hugo, decorum ad pedes per circuitum habebat mala punica mixta cum tintinnabulis. Exod. 28. n. 33. quibus denotabatur, quòd eximius Christi amor in fine vitae maxime insonuit, sublimavit*

ac exaltavit vocem, ut explicui de hac veste tom. 5 in Evang. lib. 7. cap. 5. quaest. 15. per totam.

Quartò. Ambros. Ansbert. *Una, ait, Christi & Ecclesiae persona, quae & in septem Candelabris, & in simili filio hominis constare videtur: idem enim Dominus qui vestitus podere in medio Candelabrorum apparuit, indutus est ipsa Candelabra: quia & vestis ejus, & Candelabra unam designant Ecclesiam, quam Dominus indutus esse cognoscitur. Vestis haec Christi Ecclesiam denotat: sicut & cum Janob ait in sua benedictione Judae: *Lavabis in vino stolam suam, & in sanguine uva pallium suum. Gen. 49. n. 11. Ubi per stolam, & pallium, Christi Ecclesiam interpretantur Origenes homil. 17. in Genes. D. Ambros. lib. de benedict. c. 4. D. Augustin. lib. 12. contra Faustum c. 42. Si ergo podere, id est, ipsa Ecclesia indutus est Christus, quomodo apparet in medio Candelabrorum; id est, Ecclesiarum: qui aliqua induitur veste pro eodem cum ipsa sumitur: dicitur homo cum illa vestitus, cum illaque moraliter unus homo. Merito ergo in medio Candelabrorum, id est, Ecclesiarum, simili filio hominis conspicitur, indutus podere, id est, ipsa Ecclesia: Christus ita Ecclesia unitur, ut idem cum ea esse videatur. Quod optimè confirmatur ex Paulo ad Ephes. 5. n. 31. qui postquam explicavit matrimonium viri cum uxore, ait: *Erunt duo in carne una: Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo & Ecclesia. Ubi nobis maxime declaratur summa unitas Christi cum Ecclesia, tanquam sint unum Chrylustom. homil. 20. in Epist. ad Ephes. Ipse relicto Patre descendit, & ad sponsam venit, & factus est in spiritum unum.***

Quintò. Haymo: *Quae vestis usque ad pedes tetendit, quia usque ad novissima membra fidelium Ecclesia in fine saeculi duratura est. D. Anselmus Laudunens. Talaris est, quia in fine saeculi permanet. Vestis haec Ecclesiam designat, quae est Christi indumentum ac ornamentum: juxta illud Isai. 49. n. 18. *Vivo ego dicit Dominus, quia his omnibus velet ornamenta vestieris. Sed quae convenientia hujus tunicae talaris cum Ecclesia? multa sane; sicut enim haec tunica usque ad talos demittitur, sic Ecclesia usque ad finem saeculorum permanebit: sic firmiter fundata est super petram, Et adversus eam porta inferi non prevalebit. Matth. 16. n. 18. Sicut enim haec tunica usque ad pedes demittitur, sic Ecclesia usque ad finem saeculorum permanebit: sic firmiter fundata est super petram, Et adversus eam porta inferi non prevalebit. Matth. 16. n. 18.**

Sextò. Viegas hic sect. 4. & multi alii per hanc vestem poderis, justitiam, ac sanctitatem Christi interpretantur, juxta Isai. 61. n. 10. *Indumento justitiae circumdedit me. Cui cohaeret Eccles. 27. num. 9. *Si sequeris justitiam, apprehendes illam, & indues quasi poderem honoris. Sed cur haec vestis talaris sanctitatem exprimit potius, quam quaelibet alia? Merito insigniter haec symbolum sanctitatis est; quia sicut haec totum hominem cooperit, etià usque ad talos, nil in corpore nudatum relinquens, sic sanctitas Christi totum ipsum omnimodè circumcingit, ac undique mirificè exornat. Pro quo facit id quod D. Greg. l. 10. Moral. c. 18. ad illa verba Job. 29. *Justitia induit sum, docet: Vestimento, cum vestimur, ex omni parte circumdamur: ille ergo justitia, sicut vestimento, vestitur qui se undique bono opere protegit, & nullam partem actionis suae peccato nudam relinquit; nam***

371.  
Ansbert.

Genes. 49.  
Origena.  
D. Ambros.  
D. Augustin.

Ecclesia ita  
unita Chris-  
to, ut eadem  
cum eo vi-  
deatur.  
Ephes.

D. Chryl.

373.  
Haymo.  
D. Anselm.

Isai. 49.  
Ecclesia us-  
que in fine  
saeculi dura-  
tura.

Matth. 16.  
374.  
Viegas.

Isai. 61.

Eccles. 27.  
In Christo  
nullus defectus,  
sed summa  
sanctitas

D. Greg.

QUAESTIO XLIX.

Quare Christus apparet praecinctus ad mammillas; cum alii, ut Elias, Baptistista, cingerentur ad renes?

DE Christo hic testatur Joannes apparuisse praecinctum ad mammillas, in quo declaratur suprema ejus Pontificia dignitas, in qua Christus se hic manifestavit, ut dixi superiori q. 365. Nam Pontifex inter alios Sacerdotes alius se cingebat, ita ut dicat Josephus lib. 3. Antiq. c. 10. lineam vestem accingi solitum circa pectus paulò axillis inferius; & D. Hier. Epist. 128. ad Fabiolam: *Balthaeo, ait, cingebatur tunica linea inter umbilicum & pectus. Ex quo Turnebus lib. 15. advertunt, mo em alius se cingendi proprium fuisse Pontificis, ut per hoc denotaretur, eum praeceteris maxime promptum, & paratum ad omne Dei obsequium. Christus autem hic apparet praecinctus ad mammillas, inter quas sedes cordis est; quia & cor ejus plenum erat charitate, & constringebatur maxime amore sui Aeterni Parentis, ad ejus obsequium; ac etiam amore hominum, ad eorum vitam, & salutem procurandam.*

Secundò. Cinguli imago ad castitatem pertinet, ex D. Greg. homil. 13. in Evang. Ad continentiam ab amore saecularium honorum, ex D. Augustin. lib. 2. quaest. Evang. cap. 15. Ad expeditionem ab impedimentis lascivae vitae, & implicitae negotiis, ex Tertullian. lib. 4. contra Marcionem cap. 29. Ad promptitudinem ad omne opus bonum ex D. Cyrillo Alexand. in Catena D. Thomae ad cap. 12. Luc. Hinc Pontifex x altius caeteris cingebatur; quia cum ipse in altiori dignitate emineret, altius haec omnia in Dei obsequio debet praefare: nam quòd quis altius de dono accipit, tantò altius debet esse in munere persolvendo, quòd apertè ei intinatur ex cinguli situ, ac altitudine: Nam si cingulum probitatem, ac continentiam adumbrat; altius ergo accingendi imago altiore virtutem, majoremque puritatem, ac morum integritatem denotat in Pontifice, ac Praefule. Unde de principe ait Vincentius Ferreira: *Debet, quidquid in caeteris pulchri, honestique est, id omne solus ipse in seipso praefare.*

Tertiò. Christus hic apparet praecinctus tanquam ad pugnam. Totus hic Christus ostendebatur amore inflammatus, ut tendens in pugnam. Praecingere enim, signum militare est: Hinc Romani, cum milites initiabantur: statim cingulo cingebantur. Et de Christo Domino ait Regius Vates Psal. 92. n. 1. *Dominus regnavit, decorem induit, induit est Dominus fortitudinem, & praecinxit se. Cajetan. Praecinxit se ad pugnam pro suis. Et nota, quòd tunc dicitur, decorem induit: nil enim magis decorum Regi, quam pro suis pugnare. Christus hic apparebat totus amore actans: Oculi ejus, flamma ignis; pedes ejus similes aurichalco in camino ardenti, Tunc Rex maxime amore inflammatur; quando in pugnam exit pro suis.*

qui in quibusdam actionibus justus est, in aliis injustus; quasi hoc latus cooperit, illud nudavit.

Septimò. Est etiam haec vestis, quae Christi sanctitatem, ac justitiam denotabat, talaris usque ad pedes, ut exprimat perseverantiae Symbolum, usque ad finem. Quod expendit D. Greg. lib. 1. Moral. cap. ult. expendens, cur inter omnes fratres, Joseph tunica talari induitur à Patre: *Secu ei tunicam polymitam. Gen. 27. n. 3. & iterum: *Nudaverunt eum tunica talari, & polymita. Ibidem n. 23. Solus enim Joseph integritatem vitae cum puritate morum usque ad finem conservavit. Sic ait Sanct. Pater: *Quid enim est talaris tunica, nisi actio consummata? quasi enim talaris tunica talum corporis aperit, cum bona actio ante Dei oculos usque ad vitam terminum nos regit. Hinc est, quòd Joseph hanc pretiosam vestem, cum exiit in campum, ac vias agrestes, non deponit, sed secum defert; ut ponderat D. Eligius Noviomensis Episcopus. hom. 11. ad penitentes.***

Decantat Regius vates Psal. 91. num. 13. *Iustus ut palma florebit. Cur justus cum palma confertur? Pulchre, ac eleganter D. Ambros. lib. 1. Exam cap. 17. Sic ait: *Servan; indumentum suum semper olea, vel pinus; sed tamen folia sua saepe commutavit; nec ea quasi divina, sed quasi succedentia praecedant sua arboris pulchritudini, perpetui integritate vestitus, vice numeris obumbrantes. Palma autem virens semper manet, conservatione, & diuturnitate, non immutatione foliorum. Nam qua primo germinaverit folia, ea sine ulla substitutionis successione conservat. Imitare ergo eam, o homo, serva viriditatem pueritiae tuae, & illius innocentiae naturalis, quam à primordio receperis, ut folium tuum non defluat. Huc tendant omnes hominis conatus, ut palmas imitentur: nam & si aliqua arbores, ut oliva, semper virides perseverent, tamen folia, quaedam vetera amittunt; & alia nova succedunt: At palma semper suum primum fo iorum indumentum, quòd à primordio habuit usque ad extremum conservat nil illo veterasci: ac aridum fieri sinens: tales & si t homines, ut suae virtutis indumentum retineant usque ad extremum, & ita ut omnem nesciat vetustatem sed semper quasi novo, ac recenti studio illud possideant.**

Præcepit deus Moysi, quòd rationale Summi Pontificis, quadrangulum erit, & duplex: mensuram palmi habebit, tam in longitudine, quam in latitudine. Exod. 28. num. 16. Sed cur non erat rotundum, sed quadrangulum? In rationali exprimebatur Charitas: nam in eo erant scripta nomina filiorum Israel: inde pro majori firmitate ad ornamentum Pontificis, quadrangulum praescribitur. Philo libro 3. de Moysi: *Pulchre, ait, subindicans oportere rationem, tum naturam, tum hominis, inconcussam esse, ac solidam. Nam quòd quadratum est, am, ac stabile consistit.*

375.  
In sanctitate,  
ac justitia  
perseveran-  
tiam usque  
ad finem.  
D. Greg.  
Gen 27.

D. Eligius

376.  
Psal. 91.  
D. Ambros.

Indumentum  
virtutis perse-  
veret usque  
ad extremum

D. Chryl.

373.  
Haymo.  
D. Anselm.

Isai. 49.  
Ecclesia us-  
que in fine  
saeculi dura-  
tura.

Matth. 16.  
374.  
Viegas.

Isai. 61.

Eccles. 27.  
In Christo  
nullus defectus,  
sed summa  
sanctitas

D. Greg.

Pontifex sic  
constans in  
recte agendo.  
Philo.

378.  
Pontifex al-  
tius cingebat-  
ur.

Joseph.  
D. Hieron.  
Turnebus.  
Sigonius.

379.  
D. Greg.  
Augustin.  
Tertull.  
D. Cyr. al.

Praefatus in  
virtute omni-  
bus aliis sic  
excellensior.

380.  
Reges decor;  
pro suis pug-  
nare.

Psal. 91.

Verus Regum  
amor in pu-  
gnam exit  
pro suis.